

Mythologia, Venise, 1567 - X [44] : De Cupidine

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[44\] : De Cupidine](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IV

[Mythologia, Venise, 1567 - IV, 14 : De Cupidine](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[44\] : De Cupidon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[44\] : De Cupidon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [44] : De Cupidine, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/992>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination296r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Cupidon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

de genitalibus cœli partibus & ex mari natam fuisse fabulati sunt. Sunt enim genitales partes cœli caloris mediocritas per motum, qui confert animalium generationi.

De Cupidine.

INDE Cupido Veneris filius fuisse dicitur, quoniam ex aere ita affecto corpora & ipsa animalium bene affecta in procreandi cupiditatem sensim illabuntur. Nam tum vigere singula animalia putanda sunt, cum existunt nature negotia habilia; sic igitur antiqui ex optima valetudine & ex aeris temperie nasci animalium fertilitatem tradiderunt per fabulas. At vero quia multa turpia propter libidinem a nonnullis committuntur, ad exprimendam indignitatem eorum, qui nimis ad libidinem sunt propensi, Cupidini tantum deformitatis, quantum explicatum fuit, tribuerunt.

De Gratiis.

SVNT autem argumento illis quæ dicta fuerunt superius, Gratiarum vires & nomina, quæ nihil aliud significabant quam fertilitatem agrorum, frugumque abundantiam, quæ pacis beneficio late proveniunt. Hæc hæc ipsa de causa Veneris affectas esse dixerunt, & Solis Aeglesque filias, cum nihil sine solis elementia secundum fieri possit.

De Horis.

PRAETEREA quia nihil satis commode videbatur fieri posse solo nature ductu, vel si optimam cœli temperiem consequatur, nisi humana adiuvetur industria, introduxerunt horas antiqui, quæ singulorum diligentiam spectarent, diligentioribusque hominibus fauerent. Nam humanam industriam nunquam deserit divina clementia, quare hæc nubes pro arbitrio inducere, & cœlum serenum facere, & temporibus moderari creditæ sunt. Per easdem Horas rursus improbitatis hominum sterilitatem agrorum, & omnes divinitus immittas calamitates esse comites innuebant.

De Mercurio.

ATQVE ut intelligeretur à divina natura res humanas non esse penitus seiunctas, Mercurium tanquam vinculum quoddam intercedere censuerunt, qui Deorum consilia ad homines, hominum ad Deos ipsos asportaret. Id autem fingebatur ab iis, qui quo pacto res humanæ divinitus gubernarentur, percipere non poterant. Nam Mercurius vis est illa divina, quæ in mentis hominum divinitus infunditur, quæque res humanas mirifice in suo ordine componit & conservat. Tum rursus, ubi somnia in mentes hominum divinitus infundi putabantur, aut ubi animæ in corpora nascentium deduci, aut post mortem ad inferos, vis illa divina Mercurius dicebatur. Illo autem nomine vis divina vocata fuit, quia primus Mercurius vir sapientissimus mundum à Deo creatum fuisse dixerit, & non posse sine divina providentia gubernari, omnemque Deorum cultum inter mortales instituerit, neque ulli

acti